

CAPVT X.

Mar. 3. b. 33. Luc. 9. b. 13. & 9. a. 1. & 10. a. 1.



T conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut eiec- rent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. 2. Duodecim autem Apo- stolorum nomina sunt haec. Primus: Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, 3. Iaco- bus Zebedaeus, & Ioannes frater eius, Philippus, & Bartholomaeus, Thomas, & Mattheus pu- blicanus, Iacobus Alphaei, & Thaddaeus, 4. Simon Cananaeus, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum. 5. Hos duodecim misit Iesus: praecipiens eis, dicens: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritano- rum ne intraueritis: 6. sed potius ite ad oues, quae perierunt domus Israel. 7. Euntes autem praedicate, dicen- tes: Quia appropinquauit regnum caelorum. 8. Infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, demo- nes eicite: gratis accepistis, gratis date. 9. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis uestris: 10. non per am in uia, neque duas tunicas, neque calcem, neque uirgam, dignus enim est operari- us cibo suo. 11. In quacumque uero ciuitate, aut castellum intraueritis, interrogate, quis in ea dignus sit: & ibi manete, donec exeat. 12. Intrantes autem in domum, salutate eam, dicens: Pax huic domui. 13. Et si quidem fuerit domus illa digna, ueniet pax uestra super eam: si autem non fuerit digna, pax uestra ue- rteretur ad uos. 14. Et quicumque non receperit uos, neque audierit sermones uestrorum: exeuertes foras de do- mo, uel ciuitate, excutite pedem uestrum de pedibus uestris. 15. Amen dico uobis, Tolerabilis erit terra Sodo- morum, & Gomorrhoeorum in die iudicii, quam illi ciuitati. 16. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio lupo- rum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae. 17. Caute autem ab hominibus. Tra- dent enim uos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt uos: 18. & ad praesides, & ad reges ducemini propter me in testimonium illis, & gentibus. 19. Cum autem tradent uos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim uobis in illa hora, quid loquamini. 20. Non enim uos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris uestris, qui loquitur in uobis. 21. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & in- surgent filii in parentes, & morte eos afficient: 22. & eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem persequerit uos usque in finem, hic saluus erit. 23. Cum autem persequerit uos in ciuitate ista, fugite in a- liam. Amen dico uobis, non consummabitur ciuitates Israel, donec ueniat filius hominis. 24. Non est disci- pulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. 25. Sufficit discipulo, ut sit sicut magister eius: & seruo sicut dominus eius. Si paterfamilias Beelzebub uocauerit: quanto magis domesticus eius? 26. Ne er- go timueritis eos: Nihil enim est operum, quod non reuelabitur: & occultum, quod non fietur. 27. Quod dico uobis in tenebris, ducite in lumine: & quod in aure auditis, praedicate super terram. 28. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius time te eum, qui potest & animam, & corpus perire in gehennam. 29. Nomen duo passeris asse uenient: & unus ex illis non cadet super ter- ram sine patre uestro? 30. Uestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. 31. Nolite ergo timere: nullis passeribus melior est uos. 32. Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum co- ram Patre meo, qui in caelis est: 33. qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Pa- tre meo: qui in caelis est. 34. Nolite arbitrari, quia pacem uenerim mittere in terram: non ueni pacem mitte- re, sed gladium. 35. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & uirum aduersus socrum suam: 36. & inimici hominis domesticus eius. 37. Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non est me dignus, & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. 38. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. 39. Qui inuenit animam suam, perdet illam, & qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. 40. Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum, qui me uocant. 41. Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet: & qui reci- pit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. 42. Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis ca- licem aquae frigidae tantum in nomine discipuli: Amen dico uobis, non perdet mercedem suam.

Mar. 6. 8. 3. Luc. 9. 4. 3. & 10. 4. 4. & 10. 4. 4. & 10. 4. 4.

Luc. 10. 4. 3. Luc. 12. 6. 11.

Luc. 6. 4. 0. Ioan. 13. 6. 1. & 13. 6. 1. & 13. 6. 1.

Mar. 8. 6. 1. Luc. 8. 6. 1. & 11. 8. 2. & 11. 8. 2.

Mat. 17. 6. 3. & 17. 6. 3. & 17. 6. 3.

2. Reg. 14. 2. 1. 1. & 14. 2. 1. 1.

Mar. 8. 4. 3. Luc. 9. 4. 3. & 12. 6. 8. & 12. 6. 8.

2. Tim. 1. 6. 18. & 1. 6. 18. & 1. 6. 18.

Luc. 12. 6. 3. Mic. 7. 6. 0. & 12. 6. 3. & 12. 6. 3.

Mar. 8. 4. 3. Luc. 9. 4. 3. & 12. 6. 8. & 12. 6. 8.

Inf. 10. 4. 2. & 10. 4. 2. & 10. 4. 2.

Luc. 9. 4. 3. & 14. 6. 2. & 14. 6. 2. & 14. 6. 2.

Luc. 12. 6. 3. & 12. 6. 3. & 12. 6. 3.

Luc. 10. 4. 3. & 10. 4. 3. & 10. 4. 3.

Ioan. 13. 6. 1. & 13. 6. 1. & 13. 6. 1.

Mar. 9. 4. 1. & 9. 4. 1. & 9. 4. 1.

IN CAPVT X.

Ante hoc tempus, discipuli, non Apostoli uocabantur. Qui, est multo plures Christus habebat, discipuli tamen absolute, & duodecim dici solebant, quia & magis erant Christo familiares, & ad Apostolorum officium fuerant designati. Nunc eos Apostolos, id est, missos mittendo facit, quasi ex discipulis magistrum. Misit & alios Septuaginta duos Luc. 10. 1. sed hos solos duodecim, quia generaliter postea in mundum uenerunt missi sunt. c. 8. 19. & Mar. 16. 15. Apostolos dicitur appellasse. Quamquam veteres auctores uim secuti nominis, etiam Septuaginta duos aliquando Apostolos uocant, ut Irenaeus lib. 2. c. 37. & Tertull. lib. 4. aduersus Marcionem. Dixerat c. 9. 37. mensis quidem multi, operarij autem pauci, propterea mittit nunc operarios in messum sua praedicatione paratam, & ueluti maturam Ioan. 4. 35. commemorat enim pre-

dicacione, & miraculis omnium hominum animos, ut leui momento trahi possent. Hoc est, quod dicit Ioan. 4. 38. Ego misi uos metere, quod non laborastis, alij laborauerunt, & uos in labores eorum intrastis. Quod ergo autem non plures, non pauciores, quam duodecim miser, certum est non casu, sed consilio, & mythe- rio fecisse, & Act. 1. 16. quasi necessarium esset duo- decim Apostolorum numerum esse completum, in locum Iudae proditoris Matthias electus est; & Ap- ocal. 4. 4. ubi manifestum est per viginti quatuor seniores duodecim Patriarchas, & duodecim Apo- stolos intelligi. Hac ergo de causa duodecim Chris- tus Apostolos esse uoluit, ut duodecim Patriarcha- rum numerum impleret; & quemadmodum Moyses primus ueteris legis doctor larga facienda miracula potestate donatus fuerat; ita Apostoli Euangelice, id est, melioris legis doctores, eadem, aut potius ma- iore donarentur.

Cur Christus non Apostolos uocabatur, sed discipulos, & quomodo discipuli in Apostolos uocabantur, & quomodo discipuli in Apostolos uocabantur, & quomodo discipuli in Apostolos uocabantur.

uenerat enim Christus, ut carnem in spiritum com- mutaret. Nam Apostolos patres fuisse eorum, qui per eos crederunt, declarat illud Pauli prima ad Corinth. quarto, decimo quinto, & ad Philem. 10. quem genui in uinculo. Hoc ueneri mysterium omnes veteres auctores agnouerunt. Iren. libro quarto, capite trigesimo octauo, hinc etiam aduersus Marcionitas, & Valentianum probat non alium noui, atque veteris testamenti auctorem fuisse, quando utrumque duo de castro, id est duodecim columnarum numero fundatum sit. Alias huius numeri figuras multauctores recensuerunt. Iustinus in libro de uerit. Christiana, Tertullianus libro aduersus Marcionem 4. Hieronymus in commentariis ad hunc locum, B multifigie alius locis, Theodoretus in qq. in caput primum Iosue, Theophylact. hoc loco. Qui omnes uolet collectas uidere Rabatum apud Diuum Thomam in catena legit. Ego Tertullianum uerba ponam, Cur, inquit, duodecim Apostolos elegit, & non alium quemlibet numerum? Neque ex hoc meum Christum interpretari possem non tantum uobis prophetarum, sed argumentum uerum praedicatum. Huius enim numeri signi- ficatio apud creatorem deprehendo, duodecim fontes in Eum, & duodecim lapides ab Iesu in Iordane electos, & in arca testamenti conditos. Totidem enim Apostoli portendeban- tur, prout ut fontes, & omnes rigatur aridum retro, & desertum a uocata orbem nationum. Alij quoque huius numeri rationes ab aliis afferuntur, ut quod hic nu- merus perfectus sit, quod ueneris mundi in quem Apostoli mittebatur, significabatur. Ex tribus enim consistat quaternio, quia in nomine Trinitatis per uniuersum mundum quatuor in partes diuisi- um Euangelium erat ab Apostolis praedicandum, Augustinus Psalmo 59. & 103. Alii eleganter sane & subtiliter duodecim Apostolos duodecim anni me- sibis: quatuor uero Euangelistas quatuor anni tem- poribus comparant, ut Hieronymus in capit. 1. Ezechiel. & Sedulius.

Lib. 1. Carm.

Quatuor hi proceres una uoce canentes, Tempora uero totidem latum sparguntur in orbem. Sic & Apostoli tempus duodeni honoris. Fulget apex numero mensis imitatur, & horat, Omnis uis uestris semper tibi militet annus.

Idem Hieronymus hoc loco, & Augustinus libro primo, de actis cum Felice Manicheo capite quarto, ideo certo numero & insigni Christum Apostolos dicens elegisse, ne quisquam per fraudem in Apo- stolorum numerum irrepere. At nihil omnino est, quod haeretici non abutantur. Hinc etiam Valentinia- ni suorum 20000 signata probabant, ut libro primo, capite primo, & decimo quinto, scribit Ire- naeus.

Et dedit eis potestatem spirituum immundorum, id est, endi spiritus immundos, ut statim declarat, ut eiecer- ent eos in nonnullis Graecis exemplaribus est, & 27. ubi uolunt aduersus contra spiritus immundos, quod suspicor ab aliquo primum Graeco explana- tionis causa ad marginem appositam in contextum subisse. Nam nosse certe interpres ita non legit. Im- mundos autem uocat, non quod ipsi per se immun- di sint, sed quod rebus immundis delectentur, ad easque potissimum homines incitent, ut infra capi- te 12. 43. & Mar. 1. 23. 26. 27. & 3. 11. 30. & 5. 2. 8. 13. & 6. 7. & 7. 25. & 9. 25. & fere ubique ita uocantur. Intruxer- at Christus Apostolos loca doctrina capite 5. & 6. & 7. instruit nunc, cum mittendi sunt, potestate Erat autem haec in illis potestas in primis necessaria: quo enim modo homines doctores res res tawas, tam que incredibiles sine miraculis persuadere possent? Et conueniebat, ut quemadmodum Moyses primus ueteris legis doctor larga facienda miracula potestate donatus fuerat; ita Apostoli Euangelice, id est, melioris legis doctores, eadem, aut potius ma- iore donarentur.

2. Duodecim autem discipulorum nomina sunt. ] Eo consilio Euangelista Apostolorum ponit nomina, ne quis se pro Apostolo nobis vendiderit, ut Hierony- mus & Augustinus libro primo, de actis cum Felice Manicheo capite quarto, & Euthymius adnotant. Praeterquam quod non decebat eorum nomina, per quos geniti essent, Christianos ignorare.

Primus Petrus. ] Valde uellent haeretici nunquam Euangelista primo loco Petrum posuisset; aut pri- mum certe non appellasset. Et uero Theodorus non ille atheus, sed iste haereticus ab aliquo, qui Roman. Pontificis auctoritatem asserere uoluerit, additum suspicatur. Scilicet hoc est, in principe de- moniorum eicit demonia. Quali Graeci qui maxime se per Romano Pontifici potestatem inuiderunt, Euan- gelium corruperunt, ut eam auctoritatem, quam minuere cupiebant, magis auerterent. Melius dixisset, ut omnes alij Calumniani dicunt, Euangelistam in re- citendis Apostolorum nomibus dignitatis ratio- nem non habuisse, sed Petrum primum uocasse, quia primus occurrit. Id enim non solum Chrysolos- to homilia trigesima quarta, sed multorum etiam nostri temporis Catholicorum interpretum testi- monio probare potuisset, qui propterea docent non ex cuius dignitate Apostolos nominatos uo- catis in iis connumerandis non eundem omnes Euan- gelistae ordinem obseruauerunt. Argumentum, ut illis uideretur, indissolubile. Mihi uero non indif- solubile; sed infirmum uideri solet, doleoque quod- dam Catholicos tam leuibus haereticorum argu- mentis superari. Ego ad Romano Pontifice nihil unquam habui, nihil me habiturum spero, nihil habe- re uolo; sed tamen etiam quae etiam asseuero Euan- gelitam in recensendis Apostolorum nomibus dignitatis ordinem tenere uoluisset. Primum quid est quod omnes Euangelistae, Mattheus hoc loco, Marcus capite tertio, decimo sexto Lucas capite sex- to, decimo quarto. Petrum primo loco ponunt, quia primo, inquit, loco uocatus est. At cur ne- mo prius Andream fratrem eius nominat, qui eunt ad Christum aduxerat, & prior Christum secutus est? Ioannis primo, quadregesimo, quadregesimo primo. Cur omnes Iudam proditorem uicium numerant, nisi quia omnium indignissimus erat? Cur ergo in ultimo dicamus ordinem seruauisse, quem tamen uicium non appellat, in Petro autem non dicamus, quem & primum numerant, & primum appellant? Deinde cur quemadmodum Petrum primum, non etiam reliquos secundum, tertium, quartum, & deinceps appellauerunt, nisi quia Petrum non ideo primum uocauerunt, quod primo loco numerandus occurreret, sed quod dignitate, & auctoritate primus esset; & quod hoc nomen non numerum, sed primatum significaret? Si enim numerale nomen esset, caetera quoque numera- lia nonnulla quae post illud sequuntur posita essent. Cur etiam in caeteris Apostolis numerandis eundem omnes Euangelistae ordinem tenent, paucis modo exceptis, quae ut statim dicitur sumus, neces- sario uariarunt, ex quibus tamen ipsis maximum capitur argumentum Euangelistas, quoad eius feri potuit, dignitatis ordinem seruare uoluisset. Pri- mum ergo illi interpretes obiciunt, quod cum Mat- theus & Lucas post Petrum Andream ponant, Mar- cus Iacobum & Ioannem ante Andream numerauerit. Respondeo id fecisse Marcum necessario, quia simul dicere uolebat, quibus Christus nomi- na mutauisset. Et imposuit, inquit, Simonis nomen Pe- trus, & Iacobum Zebedaei, & Ioannem fratrem Iacobi, & imposuit eu nomina Boanerges, quod est filii tonitru, & Andream. Itaque Iacobum & Ioannem inter Petrum & Andream per parenthesis posuit, An- dream uero cum Petro finita parenthesis copula- uo, indicans, quomodo quarto loco esset, secu- dum tamen ad eum locum pertinere. Atque

Primus Petri con- tra haereti- cos.

ita rem esse eo manifestum est, quod cum & Marcus, & ceteri Evangelista omnes Apostolos, ut missi fuerant, binos non inuenerint, nisi Andreas cum Petro coniungatur, utque socio carebit. Secundo loco obicitur, quod Matheus Philippum & Bartholomaeum Iacobum & Ioanni praeponat; alii postponant. Respondeo etiam apud Matheum non solum in omnibus Graecis codicibus, sed etiam in omnibus antiquis & emendatis Latinis esse postpositos, ut apud Hieronymum & Bedam, scribentium autem negligentia, aut fortasse haereticorum malitia factum esse, ut in quibusdam libris Hugonis, & Lyranii praepositi fuerint. Certe probabilius suspicari possumus hoc ab haereticis, qui semper Pontifici Romano iniqui fuerunt, factum esse; quam Theodoras a Catholicis epichetum primus Petro addidit suspicatur. Et maligne Theodoras fecit, quod cum honorare non posset, et Hieronymum, & omnes alios Latinos codices alter legere, vitio quod exemplar versum suum apposerit, ut suum in de errore confirmaret. Tertio obicitur, quod alii Evangelista Matheum Thoma praeponant, ipse vero Matheus se illi postponat. Atqui hoc ego argumento maxime confirmo Evangelistas dignitatem vniuersuque rationem habuisse. Cur enim se Matheus postposuit, alii anteposuerunt; nisi quia Matheus modestie causa noluit se Thoma praeponere, quod si non ex dignitate numerabantur, neque quicum intererat, quo quisque loco nomina retur, nec modestia in Matheo fuit se Thoma postponere, nec in modestia videri poterat, si se illi praeposuisse. At Paulus inquit, ad Galat. secundo nono, Iacobum Petro antecellit. Respondeo Dicitur Paulum non dignitatis, sed gratiae rationem habuisse, quia Iacobus Petrum antecedebat. Praterquam quod in ea epistola id Dicitur Paulus agebat, ut se ceteris Apostolis aequalem probaret, nec erat oportunitas, ut de cuiusquam praerogatiua loqueretur. Quomodo brem non dixit, Iacobum & Cephas & Ioannes, qui eodem modo erant, cum id vere dicere potuisset; videmus enim Christum eos tres Apostolos ceteris semper praerulisse, sed dixit, qui videbantur columbae esse.

*Qui dicitur Petrus.* Simon cognomento Petrus; id enim Christus illi cognomen dederat capite decimo sexto, decimo octauo, & Ioannes primo quadragesimo secundo, de quo illic differemus. Hoc autem loco ideo addidit, ut a Simone Cananeo distingueretur.

*Iacobus maior.* Iacobus Zebedaei. Intellegitur filius Hebraica phrafi, sicut & Hispanica Ioannes Martini, id est Ioannes filius Martini. Zebedaei autem filius dicitur, ut ab altero illo Iacobus distingueretur, qui Alphai filius erat versiculo tertio. Hic dicitur esse Iacobus maior propter aetatem, occisusque est ab Hero de Aetorum 12. 2.

*Iacobus minor.* Iacobus Alphai. Filius, ut in superiore versiculo dicitur, est minor, quia iunior erat. Mar. decimo quinto, quadragesimo, & frater Domini ad Galatas primo, decimo nono, quod filius esset Mariae, sororis Mariae matris Domini, ut Hieronymus in eius vita sentit, & iustus propter singulariorem sanctitatem, auctor epistola Catholica. Iacobus primo, primo, primus Hierosolymorum Episcopus Hieron. de script. Eccles.

*Thomas.* Ille qui Christum resurrexisset non credebatur, quique dicitur esse Didymus Ioan. 20. 27.

*Et Thaddeus.* Hic, ut ait Hieron. trino nomen fuit. Nam & Thaddeus, ut hoc loco, vocatus est, & Iudas Iacobus frater, Iudaeus & Lebbaeus, id est corculum, vel, ut Iudaeorum fuit, ut quicumque quatuor literas nominis Domini in suo habere non nomine, alio nomine vocaretur, ut Iudaeus. Eos autem, quibus Iudas nomen esset, Leones appellatos, quod Iudas

ille primus Patriarcha dicitur sit Leo Genes. 49. 9. Cuius Leonum Iuda, & fuit Leo aschabasi. Probeni auctores.

*Simon Cananeus.* Quia ex Cana Galilaeae erat, ut Hieronymus ait, quoniam quibusdam videtur Canaem potius vocandum fuisse, non enim Canan, sed Cana Galilaeae oppidum appellabatur; Canaem autem non ab oppido, sed a zelo, id est Zelotem dictum fuisse, sicut apud Lucam capite 6. 15. & Aetorum 1. 13. appellatur. Cana enim Hebraice zelum significat. Itaque Graece pro nomine legendum esse. Contra est, quod si nomen zeli, & non oppidum esset, non haberet Graece gentilium nominum formam. Itaque potius credo propterea, quod ex oppido Cana, aut Canan esset; aut Canaem, aut Cananeum dictum esse, & quia idem rursus zelo utebatur, facta ad hunc nomen in nominis epichetice Zelotem appellatum. Quomodo admodum si quis Simon Valentia natus, vir fortis esset, & Valentis Gentili forma, & Valens a fortitudine, sed per allusionem ad nomen vrbis suae vocaretur.

*Iudas Iscariotes.* Iscariotem plerique auctores fecerunt Hieronymum a tribu sua Isachar, quasi Isachariotem dictum putant. Quibus illud repugnat quod non Isachariotem, sed Isachariem vocari oportebat. Alii quasi *ישראל* virum Charioth, id est virbe Carioth dictum volent. Carioth enim vrbis erat in tribu Iudae Iosue 15. 25. Quod nihil non displicet.

*In viam gentium ne abieritis.* Ad gentes, Hebraice *אֶל הַגּוֹיִם* ut ter. 2. 18. Quid tibi vis in viam gentium ire, quos tu tam frequenter is in Aegyptum? Vulgaris apud omnes quaestio est, cur Christus ad gentes Apostolos non ire iussit, cum post iussit capite 23. 19. & Mar. 16. 15. Vulgaris etiam & vera responsio, quia Iudaei filii regni erant, supra 3. 12. & illis facta fuerat regni promissio Genes. 17. 1. & Rom. 15. 8. Et non venerat Christus, nisi ad oues, quae perierant domus Israel, id est, ad eas in primis capite 15. 24. illis enim oportebat primum praedicari verbum Dei. Aetorum 13. 46. Alias quoque alii auctores ratio nes afferunt, ne viliam Iudaei haberent exultationem, si Christum non recepissent, dicentes enim ad gentiles & hostes suos Apostolos misisse, ut Hieronymus, Augustinus quaestione 77. ex veteri, & nouo testamento, Beda, Strabus, & Theophylactus. Alii, ut ostenderet se iniuriam, & quas a Iudaeis acciperat, non meminisse, Chryostomus homilia 33. & Euthymus.

*Et in ciuitates.* Graecis *εἰς πόλεις*, in ciuitatem, id est in nullam ciuitatem Samaritanorum, quomodo modum Clemens Alexand. in 3. Strom. legitur. Quoniam melius nostrum interpretem *εἰς πόλεις* in ciuitate legit esse credo. Distinguit autem Samaritanos & a Iudaeis, & a gentibus, quia proprie neque Iudaei, neque Gentiles erant. Decem enim tribus, quae in Chaldaeam abductae fuerant, non redierant; duae tantum tribus, Iuda, & Benjamin dicuntur redisse. Eisdem primo, quibus solis reditus promissus fuerat, Ierem. 25. 12. Loco autem Samaritanorum, id est decem tribuum, rex Assyriorum misit Chaldaeorum colonias, qui terram illam desertam inhabitarent, quos cum Ieones deorarent, iussit mitti ad eos Hebraeos sacerdotem; qui eos Hebraeorum riuu Deum colere doceret, leonumque rabies auerteret. Quod cum esset factum, & idola sua more patrio, & Deum Israel leonum metu colebant 4. Regum 17. 24. 27. Itaque nec Iudaei erant, neque Gentiles, & tamen Hebraice videri volebant, Ioannis quarto, nono, propterea vetit Christus Apostolos ad eos ire.

*Ita potius ad oues.* Oues vocat, quia erat populus Dei peculiaris, & eius velut grex, quem ipse, & per se, & per reges, & prophetas paucere debebat, Psalmo septuagesimo tertio, primo. *Et quid Deus respiciat in finem, iratus est furor tuus super oues pastorem tuum?* & Psal. septuagesimo sexto, *et deduxit sic sicut oues populum*

Simon cu Cananeus dicitur.

Iudas cu Iscariotes dicitur.

Cur Christi Iscariotes dicitur.

Praxitrum Christi dicitur.

Samaritani neque Iudaei, neque Gentilium.

populum tuum in monte Moysi, & Aaron, Psalmo 77. 52. & abstrulit sicut oues populum suum, & deduxit eos sicut gregem in deserto, & versiculo septuagesimo & septuagesimo primo, & sustulit eum de gregibus ouium de post fortantes accepit eum, pasce Iacob seruum suum, & Israel huius hereditatem suam, & Psalmo 78. 13. Nos autem populus tuus, & oues pastuae tuae constitimur tibi in seculum. Et Psalmo 79. 1. Qui regis, qui pascis Israel intendes, qui deduxit velas tuas, & pascis.

*Quae perierant.* Quia omnes declinauerunt, simul inuiles facti sunt. Psalmo 13. 3. & 52. 4. & Mat. 53. 6. Omnes nos quasi oues errauimus, vniquisque in viam suam declinauit, & Ezech. 34. 5. & dispersi sunt oues meae, eo, quod non erat pastor, & facta sunt in deuotionem omnium bestiarum agri & dispersi sunt.

*7. Quia appropinquauit.* Vide quae diximus c. 3. 2.

*8. Infirmos curate.* Docet, ut data sibi paulo ante potestatis miracula facienda, liberaliter & largiter vntur, sciens homines, ut ait Hieronymus, rusticanos maiorem miraculis fidem, quam verbis facturos esse, quasi dicit, ne parcais miraculis, facite quoque tunc seculum ad persuadendum, aut necessarium, aut vile esse iudicabit.

*Gratis accipite, gratis date.* Non solum mihi videtur his verbis tantum occasione auferre voluisse, ut Chryostomus, Euthymius, & Theophylactus putauerunt, & Simon & avaritiae, ut alii dicunt, viti um praedicare; sed etiam probare, quod proximis verbis docuerat, debere eos miraculorum dona largiri vti. Solem enim quaeque gratis accipiunt, quaeque gratis dantur, largiri & copiose dare.

*9. Nolite praesumere auron.* Assentiri non possumus, quia illam Christi prohibitionem vniuersalem esse noluit, sed ad istam tantum primam Apostolorum missionem pertinere, quasi hoc velut praedidio & ipsorum patientiam voluerit experiri; & ut diuinitatem ipsi prouidentiam experirent, non solum, quia haereticos malos omnino leguntur auctores; sed quia interpretatio & insilitio Christi, & alius huius loci circumstantibus, & omnibus antiquis, ac bonis repugnat auctoribus, qui hoc praecipuum perpetuum esse putant; nec ad hanc solum missionem, sed ad omnes, & omnino ad totum Apostolorum officium pertinere. Hilar. Chryostomus homilia trigesima tertia, Ambrosius libro nono, in Lucam, Hieronymus, Augustinus libro secundo, de consens. Evangelist. capite trigesimo. Primum, quis non videt Christum propterea nosse Apostolos habere aurum, ne aurum ceterarum ad vitam necessarium rerum sollicitudo Apostolicum officium impediatur non enim bonum erat relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Aetorum sexto, secundo, quanto minus de viti, veluti quae quoniam sollicitudine cogitare? Atqui haec ratio non minorem in secunda missione, quam in prima; sed aliquanto potius maiorem locum habuit. Nam haec prima, velut totum erat quadam, & in solam Iudaeam excursio; illa, quasi iustum erat praerium in quod ad debellandum vniuersum terrarum orbem omnes erant coopte ferent de vbi magis expedito milites esse oportebat. Quis etiam non videt vultum Christi, qui in hac prima missione ad illam secundam exercere, & in Iudaea pugna auro vultu abstinere, quanto magis in Iudaea? Cum inquit, nisi vos sine Iudaea, & per ea, nisi quid aliud de vbi vobis? Luc. vigesimo secundo, trigesimo sexto, Idem intelligitur ex antecedentibus, & sequentibus huius loci, versiculo octauo *gratis accipite, gratis date*, id est, ne venditis praetere viti, velutis que quarendi; non enim vos aurum, nec argentum habere. At illud, quod dixerat, *gratis accipite, gratis date*, non solum ad primam, sed multo etiam magis ad secundam missionem pertinere, in qua plura, maioraque miracula faciendae erant; & vbi inter gentes plus necessitatis, & necessitatis, quam inter Iudaeos dona illa vendendi habuerat erant. Praterca ratio,

quae redditur versiculo decimo, cur nec aurum, nec argentum, nec aliud quicquam habere debeant, quia dignus est operarius cibo suo, non minus ad secundam ad primam missione pertinere; ergo dicit, 9. ex ea probatur, ut nec aurum nec argentum habeant. Imo, quod amplius est, id, quod dicitur versiculo decimo sexto. *Eicce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum*, aut solum, aut potius sum de secunda missione dicitur est. Nam in prima non sunt lupos experti; quin gloriantes redierunt, quod sibi in nomine Christi damnationia subicerentur. Luc. decimo, decimo septimo. Res est omnibus boni perspicua iudicij; sed nimirum boni illi Apostoli vellet Apostolos, & diuites, & coniuges, & elegantes, ac bene vestitos, & diuites, & coniuges, quos ferre non possunt, similes fuisse viderentur. Iidem argumentis eorum etiam sententia refutatur, qui interpretantur, nolite possidere, id est praeparare in viaticum, quod ex Marco capite sexto, octauo, & Luca capite nono, tertio, confirmant, qui dicunt, & praecipit eis, ne quid tulerint in viam, non aurum, non argentum. Respondeo per viam totam protectionem, totam peregrinationem, totam missionem intelligi, sicut versiculo quinto, per viam gentium, gentes intelliguntur.

*Neque pecuniam.* *Neque pecuniam*, nec aes, id est, nec viliam aliam pecuniam; omnis enim pecunia, aut ex auro, aut ex argento, aut ex aere conficiebatur.

*In crumenis vestri.* in crumenis, quae in ipsis zonis olim erant.

*10. Non peram.* Ad ferendum panem, & ceterarum escas, citarchium, aut citarium vocat Hieronymus primo, Regum nono, septimo, sportulam vocabant Romani, de qua Tertullianus mentionem facit. Per peram intelligitur, quae per portabantur, per continentis contentum.

*Nec duas tunicas.* Non prohibet duabus simul, si necessitas, & frigus postuler, tunicis indui, sed plures habere tunicas, quam in praesentem necessitatem requirantur, ut solent diuites, & homines istarum rerum solliciti habere vnam in praesentem vsum, alteram in futurum, ut Hieronymus notat; sicut Lucas tertio, vndecimo, qui habet duas tunicas, det non habentis. Nam & Christum duabus simul tunicis indutum fuisse ex Ioanne decimo nono, vigesimo tertio, manifestum est. Eodem modo intelligendum est, quod dicit Marcus capite sexto, nono, ne induerentur duabus tunicis, id est, ne duas tunicas haberent, quibus diuersis temporibus induerentur.

*Neque calcamenta.* Quid ergo? voluitne Apostolos nudis ire pedibus? Sunt, qui putent, non omne genus calcateus, sed calcos tantum prohibuisse quod totum pedem tegerent, quique proprie *calcei* pedis calcis vocarentur. Nam Marcus capite sexto, nono, dicit, sed calcatos sandals, quasi sandals, quae soleae erant, solamque tegebant plantam, concesserit, calcos prohibuit, ut videtur Hieronymus hoc loco, & Augustinus libro secundo, de consens. Evangelistarum capite trigesimo, interpretari. Idem videtur ex Luc. vigesimo secundo, trigesimo sexto, confirmari. Quando, inquit, nisi vos sine calcamento & peram, & calcamenta, non quid aliud de vbi vobis? Sed vix ego mihi periudeo tam habebit Christum inter calcos, & sandalsa distinguere voluisse. Nam quemadmodum Matheus dicit, Christum prohibuisse, ne virgam ferrent; Marcus autem dicit permississe, de eadem, ut paulo post dicemus, loquens virga; ita cum dicit concessisse sandalsa, vocat ea ipsa, quae Matheus *calceamenta*, & ex Actis capite duodecimo, octauo, apparet *calceamenta*, & *calceamenta* idem fuisse. Quo ergo modo Matheus prohibuisse, Marcus concessisse Christum dicit? Facile & bene noui quidam interpretes respondent, cum dicit hoc loco Matheus, neque calcamenta,

Calceamenta quomodo dicitur. Hieronymus dicit, non habentis.

Calceamenta quomodo dicitur. Hieronymus dicit, non habentis.

Lib. 1. hist. Euanz.

Virga quomodo apostoli prohibita.

1 Cor. 4.21. Epl. 1.14.

calceamenta, intelligendum esse *ad vobis* duo, A sicut dixerat, *neque dicit tunicas*, quemadmodum & Iuencium olim poetam interpretatum video, *ne p. nisi tegmina* tunc itaque idem Mathæus, & Marcus contrariis in speciebus verbis dicunt. Nam Mathæus significat prohibuisse Christum, ne Apostoli duo, aut plura calceorum paria, quasi de futuro solliciti secum ferent; & Marcus significat iussisse Christum, vix illa ipsa sandalia, quibus tunc calcati erant, non plura ferent. Similis de virga quaestio est. Nam Mathæus dicit Christum vultisse, ne virgam ferrent; Marcus dicit concessisse. Vbi omnes interpretationes eo tendunt, vt non eadem de virga significatione vtique loquatur Euangelista; sed Mathæus quidem de propria, Marcus de metaphora, siue pro potestate faciendi miracula, quam & Moyses virga significabat, vt nonnulli volunt; siue accipiendi, quæ ad vitam necessaria essent ab his quibus Euangelium prædicarent, vt putat Augustinus libro secundo, de consensu Euangelistarum capite trigésimo, & Strabus, siue pro ipsa prædicandi potestate, vt Rupertus exilimat. Alii vtamque virgam metaphoricam faciunt; sed apud Mathæum pro potestate puniendi accipi, vt in Psalmo secundo, nono. *Reges eos in virga ferrea*, & apud Diuum Paulum, *namquid vultis in virga veniam ad vos?* apud Marcum autem pro virga auxilii & consolationis, vt *virga tua*, & *baculus tuus ipsa me consolata sunt*. Ego animo comprehendere non possum voluisse Christum inter aurum, argentum, pecuniam, zonos, calceos, peram proprie sumpta sola ponere virgam metaphoricæ, quod si aliqua in aliis metaphora usus fuisset; tamen concedere non possem virgam metaphoricæ posuisse. Perire enim mihi non solum vis, elegantiaque sententia; sed sententia ipsa videtur, nisi apud vtrumque Euangelistam de proprie, & eodem modo virga sumatur. Contrariis enim verbis eadem vtique sententiam eleganter expressit. Vtque enim non Christi verba, sed sensum exponens voluit significare Christum Apostolis præcepisse, ne quid haberent, præter ea quæ essent in præsentem vltim necessaria. Id Mathæus significauit dicens, *ne virgam quidem*; virgam enim pauperimus quisque habet. Marcus significans dicens, *sed virgam tantum*. Nam qui virgam tantum habet, nihil superfluum habet; sicut dixit Iacob Gensistrigésimo secundo, decimo, *in baculo meo transiui Iordanem suum*. D id est pauper nihil habens, nisi baculum in manu more mendici, quemadmodum Gallice in re propria simili contrariis verbis eadem sententia significatur iter facere more pauperis, *Si enim aller abeau pied sans lance*, & *si en aller a pied auer vn baston en la main*.

11. *Interrogate quis in ea dignus sit.* Hieronymus interpretatur, quis dignus sit hoc à vobis accipere beneficium, vt apud eum hospitium habeatis, quasi ea in re Apostoli darent, non acciperent beneficium. Alii, quis dignus sit, id est magis idoneus, vt illi Euangelium annuntietur. Alii quis bonis sit moribus, & hospitalis. Quæ omnia in eundem fere redeunt sentiam.

*Et ista manete donec exeat.* quædam in ea fueritis ciuitate, id est ne mutetis hospitium, vt Lucas clarius dixit capite decimo, septimo, *neque trahite de domo in domum*. Cur autem id Christus præcepit, vulgaris est quaestio. Tres eius præcepti apud interpretes causas inuenio; primam, ne incôstantes & leues esse viderentur, apud Chrysolostomum, hom. 33. & Bedâ. Secundam, ne delicati, quibus quæ apponerentur in primo hospitio non conuenirent, meliora quærent, apud eundem Chrysolostomum, & Theophylactum Tertiam, ne priorem hospitium offenderent, quasi parum dignum, aut hospitalem relinquentes, apud eundem auctores.

Cur Christus prohibet transire de domo in domum.

12. *dicentes pax huic domui.* Græcæ hæc verba non leguntur, sed legenda esse constat ex versiculo decimo tertio, & si quidem fuerit domus digna, veniet pax vestra super eam; si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos. Leguntur etiam apud Lucam capite decimo, quinto. Leguntur ab Hilario, Chrysolostomo, Theophylacto, Hieronymo in commentariis, non in textu, vt ferenda non sit typographorum negligentia, qui, cum ex commentariis textum corrigere deberent, contrarium commentariis textum apposerunt: quod multis aliis fecisse locis animaduertit Euthymius tamen non legit. Est autem Hebræis, vt ait Hieronymus, vltima saluatio *שלום* pax tecum. Ea aliquando significatur pacificus eius, qui venit, & salutatur aduentus, vt Genes. 43. 23. *At illeretur.* B *Respondit pax vobiscum, nolite timere, & Iud. 6. 23. pax tecum, ne timeas, non morietis.* Aliquando his verbis omnia his, quos salutatur, bona precantur, vt 1. Paral. 12. 18. Vtrumque vero simile est voluisse Christum Apostolos facere, & vt quocunque venirent, pacem se, non bellum afferre significarent; & vt illi ad quos diuertirent, bona omnia precarentur, vt ex versiculo decimo tertio, colligitur, *pax vestra reuertetur ad vos*.

13. *Et si quidem fuerit domus illa digna.* vt pacem vestram recipiat. Lucas capite 10. 6. *Et si in fuerit situs pacis, id est hospes pacis amato, aut pace dignus, vt illi us mortis, id est dignus morte.*

*Veniet pax vestra super eam.* Euenirent illi omnia bona, quæ illi pacis nomine precari estis.

*Si autem non fuerit digna pax vestra reuertetur ad vos.* C *Quæ reuertetur reuertatur.* Quod quidam sic interpretantur, quasi iubeat eos oblatam pacem, quantum in ipsis erit, reuocare, & alio pergere, vt Euthymius. Quod ideo mihi non placet, quod benignitate Christi dignum non videtur, vt Apostolos iubeat datam pacem resumere, quod tantumde valet, ac si iterum precarentur, ne ea, quæ hospitibus bene precati fuerant euenirent. Itaque melius alii ita interpretantur, vt ex Hebræorum idiomate imperandi modus pro futuro ponatur, quemadmodum constat ex Luca capite decimo, sexto, qui futuro usus est; quare nos iterum interpretes negligens verba, sensum fecutus est. Sensus vobis duplex esse potest, velle reuertetur ad vos, id est vultis euenire, quod illi precati eratis, vt Psalmo trigésimo quarto, decimo tertio. *Et oratio mea in sinum meum conuertetur*, id est, vti non mihi eueniat, quod inimicis meis precatum sum; & contrario futurum pro imperatio, sicut Hispani dicunt, *El mal, que le deo me venga*, vt Iuencius poeta, & apud Diuum Thomam Remigius exponit, vel, quod magis credo, non significat hæc phrasæ ea, quæ precati fuerant, ipsi Apostolis euentura; sed illis, quibus precati fuerant, non ventura. Sic enim loquuntur Hebræi, *Verbum meum non reuertetur ad me vacuum*, hæc quibus vigesimo quinto, vnde decimo, itaque reuertit, est esse etiam non habere. At quorsum hoc Christus dixisset, vt significaret Apostolos fecisse.

14. *Excute puluerem.* Quare hoc iuber Christus cum species impatientie, & indignationis esse videatur? Multæ eius rei causæ ab interpretibus asseruntur, Chrysolostomus, Hieronymus, Theophylactus, & Augustinus quæstione septima in Mathæum, propterea iussisse dicunt, vt offenderent se nihil cum eis habere velle, quando & sursum auctores & Bedâ in commentariis, vt offenderent se frustra pro illis tam longum iter suscipere; pulsus enim pedum iter significat. Ambrosius libro in Lucam nono, & Euthymius hoc loco, vt declararet etiam eorum puluerem esse impium, ideoque nolle se eum habere. Hilari, indicat id iussisse facere Apostolos in signum anathematis. Versus, nisi fallor causa est eam idem Hilarius & Orig. hom. in Genes. 18. significat: *nam vt ostendat*

Pax sua.

Pax inferni magistra.

Cur Christus prohibet transire de domo in domum.

ostenderet illum ipsum puluerem, quem ex itinere collegissent, in die iudicium contra eos futurum, qui se recipere nolissent. Solebant enim Iudæi aliquid notabile facere, vt testimonium esset rei factæ, hoc lapidem ferunt, vt Iosue 2. 4. 16. siue lapidum acrum, vt Genes. 31. 47. siue alare, vt Iosue 25. 26. siue velleum abscindere Matthei 26. 65. quemadmodum Romani in pangendis fœderibus suam lapide feriebant; vnde ferire & percutere fœdus dictum est.

15. *Tolerabilis erit.* Non quod non maiora fortasse Sodomæ & Gomorræ habuerint peccata, aut quod de peccato solum inhospitalitatis hic agitur, vt Remigius apud Diuum Thomam, & Lyranus existimant; nec quod iam in cædæ partem aliquam poene ludent, vt Anastasius quæstione 17. in scripturæ, sed quia illis non fuerat Euangelium prædicatum, vt Hilarius, Hieronymus, Bedâ, & Theophylactus interpretantur, & ex capite 11. 23. colligitur. Si in Sodomis facta fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, forte mansissent vsque in hanc diem, veniunt amen duo vobis, quia terra Sodomorum remissa erit, in die iudicij, quam tibi. Duo ex hoc loco dogmata colliguntur. Alterum à Hieronymo æquales non esse omnium damnatorum penas; alterum ab Anastasio, aliquos non solum in hac vita, sed etiam in altera puniri. Nam Sodomite iam vrbis incendio puniri erant, & tamen Christus adhuc in die iudicij puniendos significat.

16. *Ece ego mitto vos.* Præmittit ad futura pericula. Qui putant hæc Christum in hac prima missione Apostolis dicta non fuisse, ex Luca capite decimo, tertio, reuellantur, vbi eadem Septuaginta discipulis in prima missione dicta re feruntur, quemadmodum & Chrysolostomus adnotat; & nos supra versiculo nono, docuimus, hæc etiam ad primam missionem non omnia essent necessaria; tam omnia in illa dicta fuisse, quia Apostoli non ad eam solum, sed ad omnes futuras docebantur. Cum dicit, *Ece ego*, & vim verbi & discipulis animam addit, vt Auctor imperfecti homilia vigesima quarta, Chrysolostomus, Euthymius, & Theophylactus adnotarunt, quasi dicat, *Ece ego mitto vos*, qui & liberare ex omnibus periculis possum, sicut Abfolon dixit seruus suus, cum præcepit re, vt Amnon fratrem suum interficerent, *percutite me & interficite, nolite timere, ego enim sum, qui præcipio vobis*. 2. Regum 13. 25. *Ego sum* id est regis filius, qui vos facile defendam. Videtur Christus ad veterem prophetarum missionem alludens, ego qui illos misi, mitto etiam vos, quos illos cum opus fuit, liberaui, & vos liberabo.

*Sicut oues.* Oves mihi videtur appellare, non solum quia innocentes, & serui Dei erant, vt plerique putant interpretes; sed multo maxime, quia inermes, quia ab omnibus humanis prædijs imparati. Alludit enim, vt opinor ad id, quod versiculo nono, præceperat, ne virgam, aut peram secum ferrent, vt Psalmo 43. 22. *Et summi sumus, sicut oues occisionis*, id est adeo inermi, & iniuriis expositi sumus, vt quicunque velit, possit nos occidere.

*in medio.* In medium à pro de vt Luc. decimo, tertio, sicut Hebræis *pro דר* in medio, id est inter lupos, quia phrasæ significat lupos esse multos, oues paucas. Vnus lupus inter multas oues magnam exit stragem, quod fiet cum lupi multo plures, quam oues erunt? Chrysolostomus homilia trigésima quarta. Lupus autem vocat omnes homines, qui Euangelio repugnaturi erant, sicut cum veris sequenti dicit, *caute ad hominibus*, non solum Scribas & Pharisæos, quemadmodum nimis restricta sententia Hieronymus exponit.

*Elote ergo prudentes.* Vt caueatis eorum invidia, & fugatis, vt explicat versiculo vigesimo tertio.

*Et simplices sicut columbe.* *non timere innocentes, sinecti, ne illi vilam vobis nocendi occasionem præbeant, vel ne inuarias vobiscumini, vt Chrysolostomus*

hom. trigésima quarta, & Auctor imperf. 42. interpretatur Sic D. Paulus monet 1. Cor. 14. 20. *nolite puri, effusis sensibus, sed multa parum florere*, & ad Ephel. 5. 16. *videte fratres quomodo caute amuletis, non quasi insipientes, sed quasi sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt*, & ad Colos. 4. 5. *in sapientia ambulat ad eos, qui serui sunt, tempus redimentes*. Cur septimum prudentiam, & columbarum simplicitatem requirat, cum per se perspicuum sit, obsecutus fiet, si multa philosophentur. Eleganter allegoriam hanc amat, Hilarius, Chrysolostomus, & Hieronymus hoc loco legat.

17. *Caute autem.* Videtur poni pro *ergo*, caute ergo, vt capite secundo, primo, nollet verum interpretes.

*Ad hominibus.* Explicat, quos paulo ante lupos appellauerit, homo enim homini lupus Homines autem vocat non omnes, sed mundanos, vt infra capite decimo sexto, decimo tertio, *quem dicunt homines esse filium hominis*.

*Tradent enim vos in concilia.* Quidam per concilia gentium tribunalia; per Synagogas Iudæorum costus intelligit. Alii vtique ad gentes pertinere volunt, & Synagogas panegyres, id est populares earum conciones intelligi. Ego probabilius existimo, si ad Iudæos vtrumque referatur, qui & Synagogam, id est publicam totius populi concionem habebant, vbi qui flagris digni erant, flagellabantur; & *concilia* id est concilia, vbi grauiores causæ decernebantur, supra capite quinto, vigesimo tertio. Nam de Gentium tribunalibus versiculo sequenti agit. *Et ad presides* & *ad reges* ducuntur propter rem. Atque ita Euthymius interpretatur. Exempla sunt Actorum quarto, septimo, & 5. 17. & 6. 12. & 2. Corinth. 11. 24.

18. *In testimonium.* Nonnulli intelligunt, vt ille de me testimonium constanter fortiterque patiendo præbeatis; intelligit enim non esse rem vanam, pro qua vos morti paratos viderint. Vnde qui pro Christo eiusque religione moriuntur, martyres, id est Christi testes appellantur, Actorum 22. 20. & Apocal. 17. 6. Alii, vt vobis ea res aduertit illos testimonium die iudicij, quos exculet, illos accuset. Quo sensu videtur Luc. scribere cap. 21. 13. *Continet autem vobis in testimonium.* Atque ita Hilarius, Auctor imperfecti, Bedâ, & Euthymius videtur exponere.

*Illis & gentibus.* Iudæis, & Gentilibus De Iudæis enim locutus erat, cum dixit, *Tradent enim vos in concilia*, & in Synagogis suis flagellabunt vos; & de gentibus cum dixit, *ad presides* & *ad reges* ducimini, sub a Iudæis. Virisque ergo vestra patientia testimonium erit, & illis, id est Iudæis, & Gentibus, ad quas illi videntur. Hic est verus sensus, quem solus Theophylactus, & Euthymius videtur attigisse.

19. *Nolite cogitare.* Non docet esse negligentes, atque vecordes; sed nimis timidos, & sollicitos esse prohibet. Quod Græcum verbum declarat, *περὶ* est, vt supra capite 6. 25. 23. 31. 34. Eodemque modo intelligendum, quod Marcus dicit capite decimo tertio, vnde decimo, *Et cum dixerint vobis tradentes, nolite præcogitare, quid loquamini, sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini*; & quod Lucas capite vigesimo primo, decimo quarto, *ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari, quemadmodum respondetis*. Non enim omnem præcedentem meditationem vetat; sed eam, quæ diffidentiam diuinæ providentiæ, & opis habeat; quæque nimio metu ac sollicitudine liberam Euangelij prædicationem impedit.

*Dabitur enim vobis.* Luc. 12. 15. *Ego dabo vobis, & sapientiam*, cui non poterunt resistere & constanter omnes aduersari vestri. Euthymius.

20. *Non enim vos estis.* Non tam vos, quam spiritus patris vestri, quia non vultis, sed illius sensu, consilio que respondebitis, vt supra c. 9. 13. *in spiritu dicitis vobis, non sacrificium, id est, non tam sacrificium, quam mi-*

227

sericordiam. Vide, quæ ad illum asseripimus locum. Vis est hæc sententiæ, non est vestra causa, sed mea, & patris vestri, qui in coelis est, quare paracletus, id est meus, patrique aduocatus etiam vobiscum respondet, vt videtur Auctor imperfecti, & Hieronymus interpretari.

23. Cum autem persequerentur eos, Dixerat versiculo decimo sexto. *Esse prudentes, docet nunc partem vnam prudentiæ, qua aduersariorum fugiant infidias, & ab hominibus caueant, vt versiculo 17. monuerat. Non vult Christus milites suos pugnare, sed fugere. Duo hic ab interpretibus disputantur; alterum, an hæc in hac prima Apostolorum missione dicenda sit, alterum, quomodo fugere iubet, cum apud Ioannem cap. 10. 11. 12. 13. docet bonum pastorem animam suam ponere pro ouibus suis; mercenarium autem, cum videt lupum venientem, fugere. Hæc ad solam primam missionem pertinere multi, & gratias volunt auctores; Tertullianus libro de fuga in persecutione, Hieronymus Chrysostomus, homilia 35. Euthymius, & Theophylactus. Alii generaliter ad omnem missionem, totumque Apostolorum officium extendunt, vt illa, quæ versiculo nono dicta sunt, vt sentire videtur Origenes homilia 9. in I. Iudic. & Athanasius in epistola ad orthodoxos, & in epistola ad Marcum Pontificem Romanum; & Gregorius Nazian. oration. 1. aduersus Iulianum. Quid multo mihi videtur esse probabilis. Nam in prima quidem missione nihil cuiusmodi Apostoli sunt experti, quam obrem ab vna ciuitate in aliam fugere deberet, omnia illis ex voto successerant, itaque læti gloriantique redierunt, quod ipsa sibi demonia subicerentur. Itæca decimo, decimo septimo.*

Quod Christus, antequam fieret, ignorare non poterat. Sententia igitur est generalis, sed occasione, non necessitate priores illi auctores, quos nominauimus, non ad exitum rei, ex quo potissimum Christi prædicatione erat intelligenda, sed ad illa sola verba, quæ sequitur, animam attenderunt, non consuetudinem ciuitatis Israel, donec veniat filius hominis. Altera quæ nunc quomodo fugere Apostolos Christus doceat, neque subtilis, neque copiosus, neque elegantius, quam ab Augustino epistola ad Honoratum 160. tractata est, disputari potest. Illud tamen non diuinitus, an, quod Christus hoc loco tradit, præceptum sit, an consilium. Athanasius quidem, & Gregorius Nazianzenus præceptum vocant; sed vulgariter fortasse loquuntur. Ego vtique pro diuersis locis, temporis, personarum, & rerum circumstantiis esse arbitror; sed proprie Christo propter primam potissimum missionem, & magnam partem secundæ, tanquam præceptum traditum; voluit enim Apostolis præcipere, vt sese propagando latius Euangelio refererent, nec se in primo itatum periculo obicerent morti: non dicitur tempus illis esse moriendi, diu prius pugnandum esse, longe lateque fines regni Dei proferendos. Miles, qui fugit, vt Græco dicitur proterbio) iterum pugnabit. Hoc sensu præceptum est. Hoc sensu Christus ipse sepe fugit, primum Aegyptum infans supra capite secundo decimo quarto, deinde cum eum Nazarethani ipsius ciues præcipere vellentur Lucæ quarto, trigesimo, non dum enim venerat hora eius, Ioannis 7. 30. Simili in causa non is solum, qui tunc erant, Apostolis, sed etiam qui postea futuri erant, nobisque omnino omni bus præceptum est. Nam cum Euangelium ipsum, propter quod fugerunt non est, postulat vt fugiamus fugerit est. Tunc fugere non metus, sed pietas, non fugere, non fortitudo, sed pernicitas est. Hæc de causa Aetorum 9. 25. & 3. Corinth. 11. 73. D. Paulus fugisse legitur. Maior gloria Dei, & Ecclesiæ utilitas regula nobis esse debet, cum aut veritatem, aut alterutra, vt fugiamus, a nobis exigat, non fugere peccatum est. Alii is casibus non debemus; an autem possimus; alia

Quomodo Christus a postulo fugerit persequutionem docent.

De fuga in persecutione.

est questio, quam solam Augustinus explicauit. Hæc eius sententiæ summa est. Primum fugere sacerdoti licet, quando ipse fugit, ab aduersariis queritur: & fuit illi, qui posuit pro illo sacramenta populo ministrare. Secundo, quando omnes eius oues fuga dispare sunt. Tertio, quando ouesque plus fugiendi, quam manendi inuare potest. Addit Chrysostomus fugere licet, & nescio an oportere, cum eius, si manserit, fides periclitabitur, Christum, inquit, fugiendo non negat, qui ideo fugit, ne negat. Alias non licet, alias manendum est, & pro ouibus animam ponenda, quod mercenarius non facit, qui quando-cumque videt lupum venientem, & relinquit oues, & fugit Ioannis decimo, duodecimo, decimo tertio.

Tertullianus vero sententiæ, qui nunquam fugere licere vlli Christiano existimauit, merito damnata est, illiusque de fuga in persecutione librum aduersus Ecclesiam scriptum esse, Hieronymus in eius vita dicere non dubitat.

Non potest hic locus intelligi, nisi prius, quorsum hæc à Christo dicta sint, intelligatur. Ideo autem dicta esse videtur, vt significaret Christus non de futuris in Israel ciuitatibus, quæ nondum Euangelium audiuerunt, in quas posuit Apostoli in aliis ciuitatibus non recepti confugere, & in illis maiore cum fructu predicare. Quid intelligunt eodem modo. Hilarius consummare interpretatur ad fidei & Euangelicæ virtutis perfectionem adducere. Chrysostomus homilia trigesima quinta, Euthymius, & Theophylactus ciuitates predicando perambulare. Ego Hilarii sententiæ propter id quod statim sequitur, magis proboluit enim Christus, vt paulo post explicabimus, non solum ciuitatum multitudinem, sed etiam obiter Iudeorum incredulitatem notare, ad eam scilicet eos futuros incredulos, vt satis in illo conuertendis Apostoli futuri tunc occupati, donec filius hominis veniat.

Donec filius hominis veniat. Plerique aduentum hoc loco filii hominis vocari putant eius auxilium, consolationemque. Dicitur enim ad nos Deus venire, cum nobis opitulatur. Huius interpretationis Chrysostomus, Theophylactus & Euthymius auctores iunt, quam ex Luca capite decimo, primo, confirmant, & nisi illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus, quasi dicit, ego vobis adero, & opem feram, ante quam Euangelium in omnibus Iudæa ciuitatibus prædicetis. Alii resurrectionem non consummabunt, antequam filius hominis resurgat, vt Beda. Tunc enim dicitur venisse Christus, qui viuo hoste regnare cepit, non bibam amodo de hoc genimine vitæ, vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei, infra capite vigesimo sexto, vigesimo nono, &, vado, & venio ad vos, Ioannis decimo quarto, vigesimo octauo. Alii aduentum ad iudicium, sed ciuitates Israel vocari putant omnes etiam Gentilium ciuitates, quæ ante diem iudicii conuertendæ ad fidem sunt; sic Rupertus & Lyranus, nescio etiam an Augustinus; sed nullo proforsim modo illis assentior, quia dubium non est Christum de illis loqui ciuitatibus, ad quas Apostolos tunc mittebat; non autem mittebat, nisi ad ciuitates Iudææ versiculo quinto, & sexto, in viam gentium ne abieritis. Alii Iudeorum, vt supra attigimus, incredulitatem notari putant, significarique prius Gentiles, quam Iudeos ad fidem venturos, vt in epistola ad Romanos capite vndecimo dissertit Diuus Paulus, Ita Hilarius, cuius sententiæ hoc mihi magis placeat, quod nihil in ea eo actum esse video, & quod aduentum filii hominis nullquam, quod sciam, alius, quam supremum ille, quoad iudicium venturus est, appellari solet. Quæquam Bedæ interpretatio non displicet. Quod subicit, Non est

Tertullianus error de fuga in persecutione.

Origo nemo in Beelzebub.

est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum, tribus modis veteres interpretes intelligunt. Primum, vt de omnibus discipulis, & de omnibus seruis accipiat, sed non dicitur, quod semper, sed quod plerumque fiat, plerumque enim magistrum discipulo, dominum seruo maiorem esse, atque meliorem, quamuis contra accidat aliquando. Sic Chrysostomus Auctor imperf. Euthym. Secundo, vt de omnibus quidem accipiat, sed non intelligatur verum esse, nisi quamdiu discipulus, discipulus, & seruus, seruus est; tunc enim nec discipulus magistro, nec seruus domino maior esse potest; cum maior est, iam nec ille discipulus, nec hic seruus est; ita idem Auctores Chrysostomus & Auctor imperf. Theophylact. Theodorus Mopsuest. & Leontius. Tertio, vt de solis Christi discipulis dictum sit, qui nunquam magistrum æquare poterant, homines Deum, & qui etiam tunc, cum magistri facti sunt, & doctores Euangelii, discipuli Christi & vocabantur, & re ipsa erant, quia quidquid dicebant, ab illo accipiebant; quemadmodum ille idem Leontius interpretatur. Mihi non tam docere videtur Christus, quales discipuli, & serui esse solent, quam quomodo de erga magistrum, atque dominum suum gerere debeant, nempe sic, vt non existimant se meliores, quam illum conditionis esse debere. Hoc enim ad rem maxime pertinebat, atque hoc eodem modo Hilarius videtur intellexisse.

25. Si patrem [amiliam] Me qui Ecclesiam guberno, qui eius dominus sum.

Beelzebub. Legendum esse Beelzebub, nemo, vt opinor, ignorat, idque Hebræica docet etymologia. Nobile erat acæro-nitarum idolum, 4. Regum 1. 2. 3. 6. 16. Beelzebub, id est, dominus muscæ appellatus, fuit, vt plerique arborantur, quia propter victimarum sanguinem, quo erat aspersum muscis plenum erat; huc, vt alij vocant, & ego magis credo, quia aduersus muscæ pestem potissimum inuocabatur. Constat enim apud Græcos simile quoddam fuisse, quod eadem ratione, & simili, sed Græca etymologia vocatur, quæ, quasi muscæ venator, aut intertempor appellabatur. Auctor Plinius libr. 10. cap. 28. Inuocant, inquit, & Aegyptii lites suas contra serpentes aduentum, & Egipti Myagrum Deum muscæ nuntium aduersus pestilentiam asserunt. Hinc factum, vt horroris, & abominacionis causa diabolus à Iudeis Beelzebub appellaretur; sicut infernum Gehennam à loco, vbi infantes idolis immolabantur, simili ratione vocatum diximus c. 5. 22.

26. Nihil est opertum, quod non reuelabitur. Quod non sit reuelandum. Quando Hilarius, Hieronymus & Beda in die iudicii, quando illum inabuntur ab œcondita tenebrarum, 1. Cor. 4. 5. Alij progressu temporis etiam in hac vita, vt Chrysostomus, homilia trigesima quinta, Auctor imperf. 25. Theophyl. & Euthym. quem ego arbitror verum esse sensum. Vbi enim Christus etiam in hac vita, quia multa illis prædixerat terribilia, consolationem adiungere, Ne timentis eos, nihil est enim occultum, quod non reuelabitur, id est, quamuis omnes vos inuito persequantur, omnes Beelzebub & seductores appellent, vestra tandem virtus cognoscetur; & qui vos paulo ante iniuriis afflicebant, honorabunt.

27. Quod dico vobis in tenebris, Prædicabit in lumine. In publico, sic etiam Latini loquuntur versati in oculis, & luce hominum, id est in publico.

Et quod in aures auditis. Secreto. Prædicat super tecta. Clara voce, vt omnes audiant. Diximus cap. 4. 5. in Palestina tecta domorum fuisse plana, in illisque solitos Iudeos confabulari, sicut nunc in foro. Quæ autem illic dicebantur, minime secreta erant, quia enim locus editus esset, ac

patulus, facile à vicinis audiebantur. Hortatur ergo discipulos, vt libere, confidenter, fortiter, & clara voce Euangelium prædicent, vt Ios. 4. 9. Super montem excelsum ascendetis, qui euangelii cæcis sonus exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelii in Ierusalem, exalta, nolite timere à ciuitatibus Iudææ, ecce Dominus vobiscum.

22. Omnis ergo, qui confitebitur me, & G. 2. 10. in me, & pro MS Hebræico articulo accusati ad Septuag. interpretum imitatione, vt in Idiomaticis ad noratus 3. Reg. 2. 16. & 4. Reg. 17. 25. & 1. Par. 21. 17. & 27. 24. & 29. 1. & 2. Par. 6. 5. & 7. 12. & 9. 8. & 29. 11. Nisi forte alius est Hebræismus, & verbum, quod in positum est pro Hebræico Hithpaal הִתְפַּאֵל, quod proprie significat, non solum confiteri, sed etiam palam, & gloriando quodammodo confiteri, vt si Latine dicas, quisquis in me gloriabitur coram hominibus, gloriabor & ego in eo coram patre meo; se vero hominibus æquat; homines Deo opponit. Propterea autem dicit, coram patre meo, quia patris est præmia sua cuique, & honoris locum daret. Non est, inquit, meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo, ca. 20. 23. se, est index futurus est, quasi retem facit, qui non nisi ex patris voluntate, & prædeterminatione sententiam latu is esse.

24. Nolite arbitri. Hæc cum superioribus hoc modo coheret, prædixerat multa aduersa prædicantibus Euangelium ventura, docet nunc ideo esse quodammodo venisse, vt ea euenirent, id est, non sine sua providencia euentura; quare non debere eos, cum ea viderint, deterreri, vt Ioan. 6. 24. Hæc lautus iam vobis, vt cum veniat hora, cum veniat in ciuitatem, quæ ego dixi vobis. Duo, vt hic locus intelligitur, notanda sunt. Primum Christum de pace & bello non ex sua, sed ex hominum opinione loqui, qui concordiam in rebus malis pacem ducunt, posse libere emere, libere vendere; posse comestari, posse omnibus vitis libere seruire pax mundi est. Qualis illa erat, quæ superbi olim homines conspirauerunt, vt Babylonicam turrem ædificarent, Genes. 11. 4. qualis illa, quæ Herodes & Pilatus ad persequendum Christum, cum ante inimici essent, amici facti sunt, Luc. 23. 12. qualis illa impiorum quæ Pilatus describitur, Quare seruerunt gentes, conspirauerunt, & populi meditati sunt inania? Non hanc pacem Christum venit mittere in terram; sed pacem illam Dei, quæ exuperat omnem sensum, Philip. 4. 7. Hanc Prophætæ Christum allaturum prædixerant Ios. 9. 6. 7. & 11. 6. & 65. 15. Hanc angeli nato Christo hominibus annuntiant, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus, Luc. 2. 14. Hanc se Christus, non illam dare dicit, Ioan. 14. 27. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis. Hanc Apostolos quocumque irent, precari docuit, pax huic domui, supra veris. Ita Hieronymus, Chrysostomus homilia 36. Auctor operis imperf. 26. Gregorius tertia parte pastoralis cap. 23. Beda & Theophylactus hoc loco. Alterum est, Christum non significare ideo se venisse, vt bellum hoc inter parentes, & filios, ceterasque necessitudines exciterent; sed ita hæc ex eius aduentu consecutura, tanquam ea de causa venisset, vt Ioan. 9. 39. in iudicium ego in hunc mundum veni, vt, qui non vident, videant, & qui vident, cæcifiant; & sicut à Simeone in multorum ruinam positus dicitur Luc. 2. 34.

Sed gladius. Plerique verbum Dei interpretantur. Gladius enim est verbum Dei, Ephes. 6. 17. & vinctus est sermo Dei, & efficax, & penetrabitur omni gladio accipite, & accipite vsque ad diuisionem anime, & spiritus. Hebr. 4. 12. Sic Hilarius, Auctor imperf. homilia 26. Augustinus, quæ 3. in Marth. & Theophylactus. Alij maiorem Dei gladium vocari putant, cuius causa filij à parentibus separantur, vt Euthymus. Illud certo constat Euangelium significare. Gladium autem potius, quam bellum dixit, vt Christus adnotat, vt vni adde-ret orationi, solet. n. gladio caput à corpore separari.

Pax Christi, & mundi deservit.